

Respondetur indulto Pii V.

48. Pius V. Venit communis difficultas contracta ex indulto Pii V. quod incipit: Romani Pontificis; anno 1571. & refertur 2. tom. Bullarum, & est Bulla 133. ubi ait Pontifex. Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopis suis praevio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo non poterunt iterum examinari; ab Episcopo autem successore pro maiori conscientia sua quiete examinari denuo poterunt. Ergo successor videtur, quod poterit iterum eos examinare.

49. Primò respondetur, quod hoc indultum nihil facit contra mendicantes, quia est indultum in forma communi cum clausulis generalibus, privilegium autem mendicantium est de iure communi, utpote pro Dominicanis, & Franciscanis, in Clementina Dudum. Pro Carmelitanis, & Augustinianis in Extravag. Frequentes de iudiciis. Atqui jus commune non derogatur per clausulam generalem, ut est certum in iure, l. Hares absens, ff. de iudiciis, l. Praecipimus, C. de Appellationibus, C. cum expediat de electione, in 6. tenet Fillinus cap. 1. de rescriptis, num. 12. Navar. lib. 3. consil. 87. tit. de Regular. Sanchez lib. 3. de Matrim. disp. 26. num. 7. ubi multos Doctores citat. Rodrig. tom. 1. quæst. 59 art. 2. Miranda tom. 1. quæst. 45. art. 1. Ergo cum talia privilegia sint de iure, non derogantur per clausulam generalem.

Greg. XIII. Bullarium. Secundò respondetur, quod Greg. XIII. in sua bulla, quæ incipit: In tanta rerum, data ann. 1573. refertur in Bullario Rodrig. Inter Bullas hujus Pontificis est Bulla 38. ubi Gregorius XIII. annullavit, & irritavit omnia, quæ Pius V. concesserat contraria iuri antiquo Concilio Trident. aut litteris antea legitime datis, & ea omnia reduxit ad terminos antiqui iuris Concilii Tridentini, aut litterarum antea legitime datarum; sed sic est quod dictum Decretum Pii V. contrariatur dispositioni iuris in Clementina Dudum, quod semel approbatus, & c. quod est pro Dominicanis, ac Franciscanis, & in Extravag. Frequentes de iudiciis, pro Carmelitanis, & Augustinianis. Ergo Greg. XIII. reducit etiam omnia Pii V. ad terminos iuris, reduxit etiam hanc constitutionem, & sic remanet dispositio antiqua: Quod semel approbatus semper sit approbatus.

50. Et confirmatur etiam, quia Greg. VIII. annullavit, & irritavit dictum Decretum Pii V. prout contrariabatur litteris antea legitime datis, atqui multæ extant litteræ legitime datæ ante Pium V. in quibus eis conceduntur privilegia mendicantium, ergo Gregorius reducendo ad terminos antiquos ipsarum litterarum, habent & permanent in suo antiquo vigore, & gaudent de privilegio semel approbatus.

Tertio respondetur. Quia talis concessio Pii V. cum illa limitatione, Pro maiori sua conscientia quiete, est concessio qualificativa, & ubi ratio legis defecit, deficit etiam dispositio. Gloss. verb. Avocandum in l. Mancip. ff. de servit. fugit. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 15. n. 74. Fulvius Pacianus de probat. lib. 2. c. 14. num. 8. Marius Antonius varior. resolut. lib. 1. resol. 82. num. 1. etiam ipsa ratio legis in casu particulari deficiat l. 4. §. Toties ff. de damno, in fer. l. 1. §. loquitur ff. de aqua quotid. cap. in deimis,

Glossa. Menoch. Pacianus. Marius.

tarib. §. pen. de elect. in 6. Caldas Pereira conf. 30. num. 39. verb. Quamobrem illa qualitas, Barbosa in Axiomat. juris, axiomate 196. num. 7. Deinde ut est satis vulgare, omnis lex rationabiliter, ac prudenter est interpretanda. Tunc sic. Quoad aliquos Religiosos doctos, literatos, ut magistros, lectores, ac bonos prædicatores bonæ & probatæ vitæ, conscientia novi Episcopi debet esse prudentialiter quæta, & securitatem rationabiliter, cum ergo in eis deficiat ratio legis, quæ est pro quæta conscientia, deficit etiam ipsa dispositio legis.

Opponitur etiam 2. Quædam Cardinalium declaratio, quæ ita habet, Congregatio Concilii consuit Regulares ad audiendas, in civitate, & diocesi secularium confessiones semel ab Episcopo praevio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos, ceterum a successore posse unquam examinari iuxta constitutionem sanctæ memoria Pii V. datum 8. Idus Augusti Pontificatus illius anni 6. quæ non est revocata per reductionem privilegiorum ad terminos Concl. Trident. per S. D. Gregorium XIII. quæ declaratio ut authentica refertur à Cardinali Carrata. Quaranta, verb. confessor. Confessio in sumario tit. 17. c. 5. Barbosa inter declarationes ad Trident. sess. 23. cap. 15.

Respondetur: Primò. Quod declarationes Cardinalium non possunt derogare id, quod est de iure, præcipue cum in ipsis declarationibus nulla sit clausula specifica. Secundò, quod declarationes Cardinalium, quæ sunt inconsulto Pontifice, quamvis habeant magnam auctoritatem, tamen non possunt facere jus, nec excedunt auctoritatem Doctorum particularium, ut tenet Rodriguez tom. 1. regul. quæst. 11. art. 2. Ledesma tom. 1. summa tract. de Pœnitent. cap. 13. dub. 7. sol. 2. ad 3. Argum. & ex decisionibus Romæ idem habet Valq. 1. 2. quæst. 97. art. 3. disp. 187. num. 74. fundamentum est, quia Sixtus V. in sua bulla, & refertur in 2. tom. Bullarii, & inter bullas hujus Pontificis est 74. ait: Cardinalibus deputatis executioni, & interpretationi Concilii Tridentini, si quando in his, quæ de novorum reformatione, disciplina, ac moderatione Ecclesiasticis iudiciis difficultas emerferit, interpretandi facultatem, nobis, tamen consultis impartimur. Cum ergo illa declaratio non sit facta consulto summo Pontifice, ad derogandum ipsum jus, præcipue cum de hac re extet constitutio Gregorii XIII. reducens omnia facta à Pio V. in quo prædicta declaratio fundatur ad terminos iuris antiqui, contra quam declaratio illustrissimorum Cardinalium non potest habere vim.

Nec etiam cum his obstat Decretum Clementis X. datum die 2. Augusti 1670. in quo declaratur, quod Religiosi poterunt iterum examinari à successore, non obstante quocumque privilegio, etiam incluso in iure, quia tale Decretum, ut audio, non est promulgatum in Hispania, nec in Lusitania, quod est necessarium, cum sit Decretum privilegii derogatorium ut in præfenti resolutum fuit à viris doctissimis, insuper quia de illo nobis non constat authenticè, tamen stante successoris derogatione, securius est iterum examinari.

51. Declaratio.

Gerrafa. Quaranta. Confessio. Barbosa.

52.

Rodrig. Ledesma.

Valquez. Rota.

56.

QUEST.

QUESTIO X.

An approbatus semel in una diocesi babeatur ubique approbatus?

SUMMARIUM.

- 53 Quæstio non procedit de sacerdote seculari,
54 Prima sententia, & communis negat.
55 Secunda affirmat.
56 Invalido nititur fundamentum.
57 Ponitur Castro Palaus cum sua sententia.
58 Refertur Decretum Innocentij X. pro Episcopo Indiarum.
59 Vera, & certa sententia est negativa.

53 NULLA difficultas est in hoc de sacerdote seculari. cum suam jurisdictionem accipiat ab Episcopo, sed tota difficultas est de sacerdote Regulari; qui non ab Episcopo, sed à Papa accipit suam jurisdictionem, ut jam dixi quæst. 1.

54 Prima sententia, & communis tenet, quod approbatus in uno Episcopatu, non sit approbatus pro omnibus. Ita Navarr. Sylvest. Rodrig. Hurtado. Barbasten. Tancredo. Suar. Valquez.

55 Oppositam sententiam, quod approbatus in uno Episcopatu sit ubique approbatus, docent Corduba quæst. 10. ad 2. Henriquez de penitentia, lib. 3. cap. 6. num. 7. Coinch. disp. 8. dub. 7. num. 53. Præposit. in 3. part. quæst. 8. de Sacram. penitent. dub. 4. num. 21. Stephan. Bauny in Theolog. Moral. part. 1. tract. 4. quæst. Montius, Metina, quos referunt, & sequuntur Frat. Martinus à S. Joseph fol. mihi 547. Amicus de penit. disp. 15. sect. 3. num. 123. Ballæus verb. Confessor. 3. num. 19. Antolines. Leander à Mortia probabilem dicit, ut refert Diana p. 10. tract. 17. Resolut. 23.

56 Fundamentum hujus sententiæ petitur ex concessione Clementis VII. sed hoc revocatum est ab Urbano VIII. cum aliis in sua Constitut. Cum sicut accepimus. In qua revocat omnia privilegia audiendi confessiones absque examine, & approbatione Episcopi Diocesani, eamque refert Peirinus tom. 5. Privileg. p. 158. Nec etiam eidem opinioni suffragatur alterum concessum à Sixto V. relatam à Quaranta verb. Confessor. Presbyteris Congregationis Oratorij, qui Romæ approbati ad confessiones audiendas, non debent examinari extra Urbem à locorum ordinariis, quibus sufficit præsentare eorum licentias Romæ datas: & quamvis memoratum privilegium utile sit prædictis Patribus Oratorij, & ut notat Bordonius tom. 1. resol. 6. num. 2. Cum ipsi non sint verè Religiosi, cum non emittant tria vota, quamvis habeant communem mensam, inde

Leander. Diana.

56. Urban. VIII.

Peirin.

Quaranta.

Bordon.

prædictum privilegium non communicatur alteris non Religionis, quia communicatio privilegiorum, solum datur inter Religiosos, 57

Castro Palaus 4. part. tract. 23. de sacram. Palaus. disp. unica punct. 19. §. 4. ait probabile esse, approbatum ab uno Episcopo, mutatione domicilij approbationem non perdere, quia approbatio est quoddam iudicium authenticum de idoneitate personæ, quod semel factum perseverat, dum retractum non est, neque à subiectione actuali Episcopi, à quo receptum est, pendere videtur, sicut non pendet gradus Doctoratus, ac Magisterij in universitatibus recepti, à subiectione eorum à quibus recepti sunt, neque contrariam declaravit Sacra Cardinalium congregatio, dum dixit in diocesi Valentina non censeri approbatum, qui ab alio, quam ab Episcopo Valentino est approbatus, quia intelligi debet de approbatione jurisdictionem concedente, hæc enim in diocesi Valentina ab alio concedi non debet, nisi ab Episcopo Valentino, & hæc ab Episcopo datur clericis secularibus, nam Regularibus solus dat Papa, ut dixi. q. 1. n. 2.

Contra hanc sententiam insurgit Diana part. 10. tract. 14. Resol. 23. propter quandam bullam Innocentij X. in causa Episcopi Angelopolitani, anno 1648. In qua bulla ad nonum sic respondet Pontifex. Ad nonum dubium. Regulares in una diocesi approbati nequaquam possunt in alia diocesi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diocesani. Tamen hoc breve, ut notat Lezana in Constitut. consil. 11. tantum procedit pro Episcopo Angelopolitano in Iudiciis Occidentalibus, ad sedandas lites, & scandala inter prædictum Episcopum, & Patres Societatis, & idè ad alias terras non est extendendum.

Tamen simpliciter dicendum est eum prima sententia, valde incredibile videtur, quod approbatus ab uno Episcopo, sit approbatus pro toto orbe, & quod unus Episcopus valeat approbare pro toto orbe, hoc est contra communem praxim totius Ecclesiæ, & contra Constitutionem Urbani VIII. anno Domini 1618. in qua revocat omnia privilegia, & licentias audiendi confessiones sine approbatione Episcopi Diocesani, & idem, ut Urbanus præcipit Sanct. D. Clemens X. in sua Constitut. anno 1670. die 2. Augusti.

QUESTIO XI.

Utrum possit Episcopus punire Regularem, qui ab ipso approbatus cum limitatione temporis, vel personarum virtute Bullæ, vel lustrali, audit extra limites?

SUMMARIUM.

- 60 Status quæstionis.
61 Barbastrensis affirmat.
62 Negativa sententia est vera, & certa.
63 Intuitu Jubilæi, vel Bullæ Confessor agit jurisdictione non accepta ab Episcopo, sed à Papa.

Z 4 QUEST.

60. Quæstio præfens est, verbi gratia approbavit Episcopus Regularem pro certo tempore, verbi gratia pro uno anno, vel pro viris, & non pro fœminis, si virtute bullæ, vel jubilæi eligatur, an velit Episcopus ipsum punire, & idem est si approbatus in Archiepiscopatu Eborenfi eligatur in alio Episcopatu, virtute ipsius bullæ, vel jubilæi.

61. Barbastrensis in suo Pastoralis Regularium quæst. 10. num. 7. asserit Episcopum punire posse etiam Ecclesiasticis censuris regularem, qui in suo Episcopatu audit confessiones secularium sine ejus approbatione, quamvis alias in alio Episcopatu sit approbatus. Hæc sententia est omnino falsa, & nullum pro se habet fundamentum, maxime in eo quod dicit posse Episcopum procedere contra regularem Ecclesiasticis censuris, cum nullo modo possit nisi in casibus expressis in jure, ut est certum. & dicam infra cum de excommunicatione fuerit sermo.

62. Dicendum est, quod talis Religiosus nullo modo, nulloque Pacto potest puniri ab Episcopo, non solum censuris, ut jam dixi, sed etiam nulla alia pœna, nec Regularis tenetur in talibus Episcopo obedire. Ita Joannes Sanchez in selectis, disp. 44. num. 27. & 28. Bassæus verb. Confessor. 3. num. 19. Diana 3. p. tract. 2. Resol. 93. Pellizar, tract. 8. cap. 3. n. 29. M. Frat. Antonius à Spiritu sancto director. Confessor. tract. 5. disp. 13. sect. 43. num. 898. Et ratio est, quia iste talis confessor simpliciter est approbatus, quod Jubilæum, vel bulla requirit, & inde corrui totum fundamentum Barbastrensis. Deinde, quia Regularis in tali casu operatur secundum opinionem probabilem, ut patet ex quæst. sequenti, qui autem operatur secundum opinionem probabilem, operatur bona, & tuta conscientia absque culpa, ut patet ex his, quæ docent Theologi in materia de conscientia; ergo nulla pœna dignus est, quia pœna supponit culpam, & ubi nulla culpa, nulla est pœna, Confirmatur, quia facta prohibitio Regulari de non audiendi fœminarum confessionibus, verbi gratia, debet explicari, ut locum habeat quantum ad jurisdictionem commissam ab Episcopo, sive Prælato Regulari, non autem quantum ad eam, quæ ipsi delegatur à Papa, & datur confessoris virtute bullæ, vel Jubilæi.

QUÆSTIO XII.

An simpliciter approbatus in uno Episcopatu possit per bullam, vel Jubilæum eligi in quocumque alio loco, sicut & ille, qui limitatè in uno loco est approbatus?

SUMMARIUM.

- 63. Nomine ordinarij non veniunt Prælati Regulares.
64. Sententia negativa.
65. Vera, & communis sententia affirmativa.
66. Explicat rem Bossius.

67. Ratio pro nostra sententia.
68. Ad declarationes Cardinalium responderetur.

Suppono ut certum Regularem approbatum à suo Prælato tantum non posse eligi per Bullam Cruciatam, quia sub nomine ordinarij non intelliguntur Regulares Prælati, ut Abbates, Generales, seu Provinciales; sicut etiam non intelligitur approbatus ab Episcopo titulari, quia hic non dicitur ordinarius, ut ex Nugno notat Diana part. 1. tractat. 11. Resol. 7.

Quod approbatus ab ordinario in una diecesi non valeat per bullam, vel Jubilæum eligi in alia, tenent Vasquez, Villalobos, Layman, Zerola, Beja, Campanil, à Costa Gutierrez, & alij quos referunt Diana part. 1. tractat. 11. Resol. 7. Candidus disputat. 24. art. 64.

Opposita sententia mihi videtur vera, pro ea stant Joan. Valerius, Portel, Henriquez, Ledesma, Fai, Llamas, Fernandez, Nugnus, Coninch, Joannes de la Cruz, Filiucius, Reginaldus apud Dianam, & Candidum. Delbene tom. 2. cap. 14. dub. 8. sect. 13. num. 1. Thomas Hurtad tom. 2. tract. 12. cap. 1. dub. 1. num. 2041. & 2056. Leandrus de Sacram. penitent. disp. 11. quæst. 70. Bassæus verb. Confessor. 3. num. 14. Bossius de penitent. §. 7. num. 215. & sic ait.

Concedente bulla, vel Jubilæo, privilegio Pontificis facultatem eligendi confessorium approbatum ab ordinario, sacerdos sive secularis, sive Regularis semel absolute approbatus à suo ordinario Episcopo, sive ille Episcopus sit originis, sive beneficij, sive domicilij, sive sit Episcopus penitentis, sive confessorij, sive loci ubi audiuntur confessiones, & consequenter à quocumque Episcopo, seu ordinario simpliciter approbatus, virtute bullæ, & Jubilæi, vel privilegij, potest ubicumque terrarum licitè, & valide eligi saltem quoad forum conscientia; ita Bossius, & simpliciter Bassæus.

Ratio pro nostra sententia est, quia bulla non requirit aliud, nisi quod confessor sit approbatus ab ordinario, sed qui in aliquo loco est approbatus ab ordinario, verè, & simpliciter est approbatus ab ordinario, ergo est eligibilis per bullam, nam si alias requiritur quod sit approbatus ab ordinario loci nullum privilegium conceditur in bulla.

Ad quandam declarationem Cardinalium quam auctores pro se afferunt, responderetur non ostendi authenticam. Imò Joannes Valerius cum Suario pro nostra sententia alias Cardinalium declarationes afferunt.

QUÆSTIO XIII.

Utrum approbatus cum limitatione ex defectu ætatis pro viris, & non fœminis vel pro uno oppido tantum, sit ab alijs eligibilis per bullam?

SUMMARIUM.

- 69. Negativa sententia est multorum.
70. Affirmativa vera, & communis.

Joannes Sanchez, Bassæus, Diana, Pellizar, Fr. Anton.

Nugnus, Diana.

Valerius, Portel, Henriquez, Ledesma.

66

67.

68.

Valerius

Genuina

QUÆSTIO XIV.

An Confessarius, qui olim fuit approbatus ab ordinario, sed modo sine causa, suspensus, possit audire Confessiones, sicut ille qui limitato tempore illo transacto per Bullam Cruciate?

SUMMARIUM.

- 73. Regulari sufficit, quod semel fuerit approbatus, quamvis modo non sit.
74. De Clerico seculari negat Joan. Valerius.
75. Sententia affirmativa vera.
76. Approbatus pro limitato tempore est eligibilis.
77. Juxta aliquos Parochus dimisso officio est eligibilis.

Conveniunt Auctores, quod quoad Regulares sufficit, quod semel sint approbati, quamvis modo non sint; quod bene colligitur ex bulla plumbea, dum dicitur: Liceat eligere confessorum secularium, aut Regularem ab ordinario approbatum, & de Regularibus semel tantum approbatum; Ergo de Regulari sufficit, quod semel sit approbatus, quamvis actu non sit ut eligatur per bullam.

Tota difficultas est de confessore seculari, qui olim fuit approbatus, & modo sine legitima causa, ex pravo affectu ordinarij, vel officialis, est suspensus, & privatus. Negat Joannes à Cruce in director. conscientia, part. 2. de Cruce. penit. quæst. dub. 8. conclus. 4. Et fundamentum desumitur ex proximè dictis, quia bulla ait, quod liceat eligere confessorum approbatum ab ordinario secularium, vel Regularem, & quoad Regulares sufficit quod semel sit approbatus; ergo illa taxativa quoad Regulares, videtur exclusiva secularium.

Opposita sententia videtur probabilior, eam tenent Sebastianus à Costa in exp. Bullæ g. 40. A Costa, Delbene tom. 2. quæst. 14. dub. 8. sect. 3. num. 2. Delbene, Scotar lib. 7. Theol. Moral. sect. 2. problema. 26. Diana part. 1. tract. 11. quæst. 12. & magis Scotar. rem determinat. 3. part. tract. 2. de dub. Regul. Resolut. 22. Bardus in bulla tract. 5. cap. 1. sect. 5. Bardus. num. 100. Leandrus tract. 5. de penit. disput. 11. Leandrus. quæst. 72. Et ratio est, quia iste sacerdos jam semel fuit approbatus ad confessiones audiendas, atque idoneus reputatus ab ordinario, ergo bene potest eligi per bullam, quamvis actu non sit approbatus, non ex defectu suo, sed ex pravo affectu ordinarij, vel officialis, ob quem non debet privari suo jure verè, & legitime acquisito.

Ex his inferes contra Ledesmam in summa, cap. 13. de penit. dub. 10. & Trullench in crucia. Ledesma. tam lib. 1. §. 7. dub. 3. num. 4. Quod ille nempe, qui fuit approbatus pro limitato tempore, nempe per unum annum, quod illo transacto est eligibilis per bullam, si illa limitatio fuit posita absque aliqua causa, sed solum ex mera voluntate ordinarij, vel officialis, tunc enim bene potest eligi per bullam, quia non requiritur, quod

- 71. Genuina conclusionis ratio.
72. Si quis est approbatus pro viris, & non fœminis, quia est levis, & inhonestus, tunc non est eligibilis.

69. Rodrig. Suar. Villalobos. Joan. à Cruce. Diana. Henric. Ledesma.

Negant Rodriguez, Suar. Villalobos, Ho-mobonus, Joannes à Cruce, quos citat Diana 1. part. tract. 11. Resol. 9. Oppositam tamen sententiam tenent Henriquez, Ledesma, Fay, Nugnus, quos refert, & sequitur citatus Diana, Barbosa, Gutierrez, quos refert & sequitur Trullench. lib. 1. super Bullam Cruciatam, §. 7. cap. 1. dub. 3. num. 9. Delbene tom. 2. cap. 14. dub. 8. sect. 13. num. 2. M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto in directorio Confessor. tract. 5. disp. 13. sect. 17.

Et ratio est, quia de isto tali verum est dicere, quod sit approbatus ab ordinario, & bulla non distinguit inter has, & illas personas, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; maxime quia illa limitatio quoad viros, non est posita ex defectu scientiæ, sed ex defectu ætatis, quæ conditio bene suppletur in viro gravi, & timorato per bullam; deinde ut bene notat Fagundez de præcep. Eccles. tract. 2. lib. 7. cap. 2. num. 45. saltem quoad sacerdotes seculares. Illa restrictio quoad viros, locum habet quantum ad jurisdictionem commissam, & datam ab Episcopo, non verò quantum ad jurisdictionem delegatam à Summo Pontifice per bullam, ac ejus privilegium, & idè etiam nostram sententiam tenent præter Auctores citatos, Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 36. n. 16. Bonacin. disp. 5. quæst. 7. punct. 4. §. 1. n. 22. Quintanaduenas de Jubilæo dupl. hebdomad. cap. 19. num. 9.

Fagundez.

Sanchez.

Quintanad.

71.

Ledesma. Barbosa. Gutierrez. Sanchez. Bonacina. Trullench.

72. Pellizar. Leandr. Ledesma. Nugnus. Diana. Henric. Ludovic. Trullench.

Nota tamen, quod si quis est approbatus ad viros, & non ad fœminas, quia ipse levis est, & parum modestus, imò & suspicione inhonesti laborat, tunc non potest eligi per bullam, sit tenent Ledesma, Barbosa, Gutierrez, Sanchez, Bonacina, quos citat, & sequitur Trullench. citatus num. 6. Et ratio est, quia mens Pontificis interpretanda est prudentialiter, ac rationabiliter, & idèe quando concedit per bullam, vel Jubilæum eligi confessorum approbatum ab ordinario, intelligit confessorum convenientem, pudicum, & modestum.

Nota secundò contra Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. num. 30. & Leandrum de Sacram. tract. 5. disp. 11. §. 1. cum Ledesma, Nugno, quibus adhæret Diana part. 1. tract. 11. Resol. 9. Henriquez, Ludovic. à Cruce, quos refert, & probabile reputat Trullench. in Cruciatam, lib. 1. §. 7. c. 1. dub. 3. num. 62. Quod si quis ex defectu scientiæ approbatus est pro parvo oppido rusticorum, vel pro pueris non potest eligi per bullam, nisi à viris consimilibus, non verò ab his, qui magnis negotiis sunt implicati. Et ratio est, quia confessor eligendus per bullam debet esse approbatus juxta formam Concilii Tridentini, ut per examen sit approbatus, & idoneus; sed sic est, quod ille per examen non est inventus idoneus, nisi pro rusticis, & parvulis; ergo per alios non est eligibilis; At verò si talis limitatio non sit ex defectu scientiæ, tunc est eligibilis, ut patet ex dictis.

73.

74.

75.

Scobar. Diana.

76.

Trullench.

quod